DE SACROCAE-SAREI (QVOD SAN-CERRVM VOCANT) OB-SIDIONE, FAME, ET DEDI-TIONE HISTORIA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



HEIDELBERGÆ,

Apud Ioannem Mareſchallum.

M. D. LXXVI.

OMNIBVS VOCATIS SANCTIS IN GERMANIA MAGNA, GRATIA & PAX A DEO PATRE, & DOMINO IESU CHRISTO.

OMNIBVS VO-
CATIS SANCTIS IN
GERMANIA MAGNA, GRA-
tia & pax a Deo Patre, & Do-
mino Ieſu Chriſto.

LIBELLVM *hunc elaboratione parvũ, ſed argumento maximum vobis offerimus. Tenue eſt omnino quicquid poſſumus & præſtamus vobis: at opus Dei maximũ paucis hiſce paginis expoſitum etſi in theatro Galliæ geſtum eſt, ad vos tamen, chariſſimi, haud dubiè pertinet. Chriſtiani eſtis, at illi martyres Chriſti: doctrinam Chriſti colitis, at illi perpeſſiones ferunt certiſſima doctrinæ Chriſti radicatæ in illis documenta: fidem habetis in Chriſtum, at illi opus fidei & quidem conſtantiſſimum in ſuis calamitatibus oſtenderunt. Vóſne igitur celari hoc ſpeculum judiciorum Dei? vóſne ignorare? vóſne a ſenſu & communione iſtarum perpeſſionum Chriſti (quæ profectò veſtræ ſunt ſi Chriſtus veſter eſt) aberrare? Abſit: non committemus quod ad nos ut hæc exercitamenta Dei, hæ artes diaboli, hæc noſtræ infir*

mitatis exempla, hæc adverſariorum perfidiæ documenta fugiãt cognitionem veſtram. Vos ergo oramus & obteſtamur in Domino, ut eadem ſeriò cogitantes ſaltem animo cum iiſdem miſeriis cõmunicetis, preſſos fratres apud Deũ precibus adjuvetis, vobis prudentiſsimè a Satanæ technis (qui vos diſſuere tentat, cùm non poteſt perrumpere) caveatis, reſipiſcentiæ operibúſque fidei naviter incumbatis, denique horrendo hoc omnipotentiæ Dei in effundendis judiciis ſpeculo abducti ab omni contentione in quâ exultat Satanas & triumphant adverſarii, veram fidem in Chriſtum, ſanctimoniam in vobis, unanimitatem inter vos, & charitatem erga omneis colatis diligentiſsimè. Hæc Deus Pater in Filio dilectionis ſuæ efficiat per Spiritum. Amen.

DE SACROCAESAREI (QVOD SANCERRVM VOCANT) OBSIDIONE, *fame, & deditione Hiſtoria.*

SACROCÆSAREVM oppidum erat in meditullio ac velut umbilico regni Gallici ſitum, agro Biturigum, præalto monti & ab omni parte arduo impoſitũ, munito a natura loco: vulgus Sancerrum dicit. Pars ejus acceſſa & maxime declivis omnium Africũ verſus, ſpectat Avaricũ. Ovata ſpecie erat ac pene rotundum, infirmo a munitionibus exteriore muro, octo turribus inſtructo aut ad ſummũ novem, comprehenſis etiam illis quæ Prętorias portas obtegebant. Ambitus oppido quaſi bis mille quingentorum paſſuum, portę quatuor altera ex-adverſo alterius, Cæſaris ſive (ut vocant) Feuhardi, Vetus, Andreana, & Anſerina. Caſtellum in ſummo vertice montis interjectum portæ Cæſareæ & Anſerinæ, & ex editiore loco oppido imminens urbani caſtri uſum præſtabat: & alterum quoque montis jugum de nomine Vlmi lupini dictum tam prope ab eo oppido abe-

rat,ut domari inde ac prorui poſſet. Ligeris nobile flumen, quà proximè, ad quingenteſimum paſſum oppidum præterlabitur, agro hubere, ferace tritici ac vini inter generoſa Galliæ vina nominati. In iſtud oppidum, poſtquam horrifica illa ſtrages Lutetiæ edita eſt anno a Chriſto nato CIↃ.IↃ.LXXII. quingenti fermè viri mulieres & parvuli ex variis locis, prout commodũ erat, accurrerant animis attoniti, corporibus feſſi, & rebus neceſſariis omnibus exhauſti, pars etiam graviter ſaucii: quorum pauci ejecti, multi ruentes de muris, multi ſub oppidorũ portis erepentes, multi ſcrimniis, ciſtis, doliiſve incluſi & devecti effugerant. Hi itaque a ſuis fugientes, officioſè & hoſpitaliter ab oppidanis recepti ſunt & in corpus ipſorum cooptati, Reſpublica in duas tribus diſtincta, tributa civium & convenarũ comitia utriuſque ordinis ex æquo habita, omnia denique cõmuni inter illos conſilio agitata quæ ad utrorumque ſalutem aut necem putabantur pertinere. In iſtis autem principiis afficiebat eos graviſſimè multorum incommodorum ſenſus: cujuſmodi fuerunt a Rege interdictum geſtādi arma, a milite impunis publicáq; graſſatio, a populari bus mutabilitas conſiliorum metu Regis, prout novi in dies nuncii ad ipſos afferebantur. Quamobrem etſi minacia illa finitimorũ arma cum interdicto Regis pugnare, adeóq; ultrò ſibi juſtiſſima tegendi ſui argumenta dare cogitabant: tamen ut adverſariis omnino maledicendi aut malefaciendi occaſio, & occaſionis ſpecies

præci-

præcideretur, placuit Comitiis nihil hoſtile in exteros vel inſolétius laceſſentes committi, neminem factis aut dictis ꝓvocari, oppidi ſui porminem factis aut dictis ꝓvocari, oppidi ſui portis ac muro ſine armorum interdictorum oſtentu modeſtè proſpici, a ſingulis fraterna unanimitate ne quid ſua Reſpub. detrimenti capiat ꝓvideri, poſtremò caſtè ab omnib. Deũ adiri, publicis privatíſq; precib. ſupplicari, & conſuli audicis privatíſq; precib. ſupplicari, & conſuli auditione verbi. His ita conſtitutis inter oppidanos atq; cõpoſitis, ecce a Rege interdictũ habendarum amplius concionũ & mandatũ ſtativi pręſidii ſecũ in oppidũ recipiendi, per Pręfectũ Biturigum ſignificat᷑ primùm oppidanis: deinde verò (quia commentitiũ illud ac non a Rege profectum eſſe reſpõderant) per Dominũ Caſtrẽſem Satrapã & Dynaſtã Regis vicariũ in Ducatu Biturigũ adhibitâ nobilis Montignii operâ mittit᷑. "
"Regis literę fuerũt in hunc modũ. Charis & di "
"lectis, Prætori, Ædilibus, Conſiliariis, & incolis "
"oppidi noſtri Sacrocæſarei. Chari & dilecti, bo- "
"ni atq; ſtudioſi Regis eſſe judicamus, ſi popula- "
"reis noſtros faciemus certiores de voluntate no "
"ſtra: ut edocti de ſynceritate illius ſinguli ꝓbè te "
"neant qđ ſibi facto opus ſit, ac non imprudentia "
"aliáve ratione ulla a ſuo erga nos officio tradu- "
"cantur: & maximè verò in graviorib. cauſis, cu- "
"juſmodi his paucis dieb⁹ oblata eſt. Quamobrẽ "
"etſi nihil planè de obſequẽte veſtro ſtudio dubi "
"tamus, ac poti⁹ credim⁹ atq; cõfidimus vos ullis "
"rumoribus, ſi qui præter rei veritatẽ ad vos perfe "
rentur, minimè omnium fidem eſſe habituros:

,, placuit tamẽ ad vos nominatim dare has literas,
,, ut ſignificemus vobis defunctum Amiralium,
,, & alios pari criminis cõſcientia junctos, dum in
,, hac urbe verſabant, certò manifeſtóque in nos,
,, in Reginam dominam matrémque nobis hono
,, ratiſſimam, in fratres nobis chariſſimos Ducem
,, Andium & Alenconium, in Regem Navarræ a-
,, lióſque Principes viros conſpiraſſe: ad hoc ſcele
,, ratum facinus fuiſſe eo tempore cõparatos, quo
,, neque nobis cogitandi aut ſuſpicandi de iſto ſce
,, lere, neque illis ejus moliendi data erat occaſio:
,, & fuiſſe tandem effecturos, niſi Deo inſpirante
,, nefariámque conjurationem iſtam probationi-
,, bus longè certioribus quàm deſyteraſſem⁹ pal-
,, pandam ad manus exhibẽte, pro facultate & of
,, ficio noſtro occupaſſemus deturbare eos in eun
,, dem locum quem nobis præparaverant. Cujus
,, facti nomine gratias immortaleis agimus & ha-
,, bemus Deo noſtro, & ad omneis bonos fidóſq;
,, populareis noſtros bonum & lætitiam non me
,, diocrem ſperamus perventuram. Quos porrò
,, monitos ac vos nominatim volumus confirma
,, tos, hoc non ex odio religionis quam reformatã
,, dicunt profectum eſſe, aut ex certo aliquo deli-
,, beratóque ſtudio veniendi contra noſtrum Edi
,, ctum pacis, quod inviolatè adhuc voluimus &
,, ſemper volumus obſervare, ſed eo tantùm con-
,, ſilio, ut iſtis executionem nefariæ ſuæ conſpira-
,, tionis præverteremus: Declarantes noſtris om-
,, nibus ſubditis reformatæ, ut vocant, religionis
,, noſtrum conſilium eſſe ut ſecurè ac liberè vivãt

freti

ſreti noſtrorum Edictorum fide,& intra ſuos pa- «
rietes cum uxoribus,liberis familiíſq; commo- «
rentur,nolentes ut hoc nomine ullo afficiantur «
malo,aut in perſonas bonáve eorum intẽtetur «
quicquam, ac proinde quicunque non parebit, «
id ei capitale fore indicentes. Hæc eſt penitiſſi- «
ma explicatio mentis noſtræ, quam ſummo ju- «
re obſervari curabimus:pro certo habentes tum «
populareis noſtros huic legi æquiſſimo animo «
acquieturos, tum etiam vos impreſſo in animis «
veſtris naturali ſtudio officióque erga nos mini «
mè commiſſuros,ut aliud quàm veritatem,pro- «
ut modò a nobis expoſita eſt (quod nobis dole- «
ret plurimùm) fidei credulitate amplectamini, «
multóque minus motum ullum, vim armatam, «
aut violentiam in veſtros civeis oppidanóſque «
eſſe perlaturos. Contrà verò hortamur vos pro «
omni officio quo cupitis nos colere,ut ad dam- «
na quęvis præcavenda avertendáque a vobis,mi «
lites quos a Domino Caſtrenſi Satrapa & Dyna «
ſta apud Biturigas noſtro collocari in oppido & «
caſtello veſtro præcepimus, in oppidum veſtrũ «
recipiatis,neq; ullo pacto reluctemini,aut excu «
ſetis nunquã fuiſſe vobis antehac ſtationarios, «
nihil eſſe cur iis in præſentia opus habeatis,nul- «
lam denique exceptionem dilationémve & cõ- «
perendinatum adhibeatis:quorum omnium ni «
hil eſſemus facili animo accepturi, quandoqui- «
dem ita fert volũtas noſtra pro uſu noſtro,& bo «
no ac conſervatione veſtra. Iſtis autem militib. «
mandato noſtro de ſtipendio & aliis rebus ne- «

„ ceſſariis ꝓviſum eſt, ne quid vobis moleſti ſint,
„ ſed tantùm operam dent conſervationi veſtræ.
„ Cęterùm vos perſtate ſemp in obſequio & clien
„ tela noſtra, ut bonos fidóſque populareis decet:
„ amicitiam uno animo inter vos colite obſervan
„ tes edicta noſtra, quo officio erga nos cumulatè
„ ſatisfacietis nobis, ut cùm maximè: & pro certo
„ habetote vos Regem proclivem veſtríq; totis vi
„ ribus conſervandi & beneficẽtiſſimè proſequẽ-
„ di ſtudioſum experturos, quemadmodum ſin-
„ gillatim & copioſius ex Domino Caſtrenſi co-
„ gnoſcetis: cui exponenti apud vos conſilium no
„ ſtrum, jubemus tantam quantam nobis fidẽ &
„ obſequiũ exhiberi. Lutetia Pariſiorum die 3. Se
ptemb. 1572. His literis palàm in conventu le
ctis, Sacrocęſareani inter ſe commurmurari, ca-
pita conferre, rationes a Rege adductas expen-
dere, de imperatorũ gravitate conqueri, ex reb.
quę per totum regnũ Gallię eodẽ tempore gere
bantur judiciũ facere de eventuris ſibi calamita
tibus: ita perturbato ex parte conventu res in po
ſterum diem rejecta eſt. Poſtridie de ſentẽtia &
autoritate cõventus legati ad Caſtrẽſem profici
„ ſcuntur, cum hoc reſponſo: Sacrocæſareanos tũ
„ propter importunitatẽ temporũ, cruẽtas cædes
„ & ſtrages religioſorũ hominũ fratrum ſuorũ paſ
„ ſim & indeſinẽter editas, certiſſimáq; necis ſibi
„ æquè ac aliis quæſitę argumẽta, tum propter an
„ tiquã immunitatẽ a præſidiis privilegio ſuorum
„ Comitum ſibi attributã, obnixè orare ſupplices
„ ut excuſati ab illo onere habeant̃: ſe enim mini-
mè

mè videre quod aliud conſiliũ ineant, niſi fortè ‹‹
velut de-induſtria exitium ſibi ipſi accelerare ju ‹‹
beantur,& ſeipſos dare præcipites. Intereà me- ‹‹
tuentes oppidani ut ſe circũcurſantes hoſtes ex
improviſo opprimerent,cœperũt ad portã Serę
labem illam curare quã Comes Martinangus ſu
perioribus bellis fecerat,tum adhuc equitabilẽ.
Prætereà ut modis omnib.ſaluti ſuæ ac paci con
ſulerent,Sanpræum quendã ad dominũ Fonta-
num primarium (ut vocãt) Regis dapiferum,cui
ſoror Comitis Sacrocæſareani nupſerat, ablega ‹‹
runt: orantes ipſorum cauſam ſedulò Fontanus ‹‹
agat apud Regem,illi coràm miſerorũ clientum ‹‹
Comitis affinis ſui innocentiã exponat, doceat ‹‹
Sacrocęſarei tranquillè vivi,injuriam facere qui ‹‹
contrà (prout reſciverant) ipſos maledictis & cr ‹‹
minationibus onerabant,deniq; non videri ne- ‹‹
ceſſe ut præſidiario milite adducto ad pacem im ‹‹
pellantur ii qui ultrò pacem colũt inter ſe, & cũ ‹‹
finitimis certatim culturi ſunt, niſi impotẽte ho ‹‹
minum improbitate avertant. Aliis verò quorũ ‹‹
animos aut religio offendebat, aut privata dãna
ſuperiorib.bellis accepta exulceraverãt,aut inſa
nũ abripiebat ſtudiũ æmulãdę illius carnificinæ
& gratificandi Regi,mediocris illa oppidanorũ
quies & interſpiratio moleſta videbat. Quãob-
rem ſummiſſo vago & manipulari milite clande
ſtina primũ irruptione oppidũ tentatũ eſt,& ſol
licitati quorundã civiũ animi:deinde poſt men-
ſem unũ cũ hac nõ ſucceſſit via,minace armorũ
oſtẽtu ſe miſerã plebẽ cõſternaturos cõſiſi ſunt.

Ineunte itaque octobri certa equitũ peditúmq; manus aperto campo conſtitit Surium vallenſe & Cannabinolum verſus: ubi poſtquam jactata cervicula & tranſcurſibus velitatim factis adventum Sacrocæſareanorum aliquantiſper præſtolati ſunt, tandem uſq; ad vineas oppido junctas proceſſerunt, ut cives muro ſe continentes laceſſerent, quieſcentes in certamen provocarunt, quia diſſimulabant, deſides, ignavos, animo fractos, effœminatos nominarunt, & contumelioſiſſimè Lutetiam ad nuptias invitarunt. Has maledicentiſſimas gloriationes atque cõvitia cùm oppidani tum milites (alioqui genus contumeliæ impatientiſſimum) etſi iniquo animo, perferenda tamen ſibi & diſſimulanda ſtatuebant, do nec obſeruarunt matutinis concionũ horis hæc impedimenta conſultò ſibi ab adverſariis poni: ideoque tertio demũ die adverſus illos eruptione facta, in paſſus amplius trecentos primo impetu Thraſones iſtos depulerunt. Cùm autem proximè ſequente nocte cognoviſſent eandem manum ad dimidium milliare Gallicum Cannabinoli conſidere, metuentes Sacrocæſareani ut idem certamẽ poſtridie ſibi redintegraretur, aut ruſticana commeatus advectio ab illis intercluderetur, ducibus Floro (qui e Lutetiana ſtrage e-reptus recens advenerat) & Montalbano ſtatuerunt eos poſtera nocte invadere. Ita ſtato condicto tempore exitur, vallum foſſáque in acceſſu Cannabinoli ducta trajicitur, objecti in præmunitionem currus, plauſtra & ruſticaria ſarraca celeritate

leritate ſumma diſſipantur, excubię in fugā vertuntur, pars forum obtinens impreſſione facta funditur, totæ denique copiæ præcipite fuga ſibi coguntur cōſulere. Ex illis quadraginta quinque iſto impetu ceciderunt, abducti ſunt captivi ſeptem & inter eos dux Durboſius, equi ſexaginta, arma & præda quàm plurima. Dum hæc apud Sacrocæſareū geruntur, Sanpręus ad Fontanum veniens nuntium de ſtudio ſuorum civium affert, literis confirmat legationem ſuam, & apud eum diligēter inſtat ut populo illi indigniſſimè a finitimis accepto humaniter ſuccurratur. Quam rei gerendæ occaſionem Fontanus minimè omnium negligendam ratus, Cadallietum quendàm dominum Chironi cubicularium & venatorem Regis veteranúmque ſervum Comitis Sacrocæſareani ad oppidanos ablegat, virum ingenio multiplicem, inſtitutis planè aulicum, & ſermone ad ſoporandos imperitiorū animos accommodatiſſimum. Hic ubi Nonis Octobris Sacrocæſareum pervenit, procurabat palàm verbis, ut certi homines cum literis Sacrocæſareo ad Fontanum mitterentur, quos ille communicatis conſiliis informaret quid qua ratione ipſis agendum eſſet ut ſuorum ſaluti cōſulerent: ſingillatim verò & clanculum homo vafer (ut qui jam antè Sacrocæſarei in ſatellitio Comitis verſatus multis potentiorum familiariſſimè uſus eſſet) multorum animos verbis & promiſſionib⁹ fractos a reliquis habitatorib. divellebat, alios nundinabatur, ut arcis Fontano tradendæ admi

niſtri eſſent, deniq; omneis adeò aſtutè ut nihil
,, ſuprà explorabat. Huc accedebant a Fontano li-
,, terę, quibus laudabat oppidanorum ſtudiũ, ope
,, ram ſuam laborem induſtriam & facultates om
,, neis prolixè pollicebatur, fretus maximè tam il
,, luſtri voluntatũ teſtificatione quã per Sanpræũ
,, ſignificaverant, ſi ipſis daretur quies a rebus bel
,, licis, centum ex ipſorũ numero fidejuſſuros etiã
,, capitis periculo, fore ut nihil contra ultimũ edi-
,, ctum pacis veniatur, & nemo recipiatur qui cõ-
,, trà fecerit: rogabat ut in honeſto illo colendę pa
,, cis ſtudio indeſinenter pergerent: ídq; ut porrò
,, faciant, monebat ut quàm celerrimè certos ho-
,, mines ablegarent, quos edoceret quid quibus
,, modis apud quos procurandũ eſſet: Sacrocæſa-
,, reanos enim permagnam apud ſe gratiã iniiſſe,
,, ꝙ ipſius operam ad cõſtituendas rationes pacis
,, adhiberent, ideóq; nihil ſibi futurũ antiquius,
,, quàm ut ſalutarib. conſiliis & adjumentis gratiã
,, referat ipſis & ſui exiſtimationẽ confirmet. Ita-
que oppidani ex nobiliorũ cœtu elegerũt quin-
que, Ioannem Fuchartum Legatum & Petrum
Rulæum Papiſtas duos, Guilhelmum Guichar-
dum procuratorẽ, Simonem Arnaldũ procura-
torem urbis, & Ludovicũ Argenteum Ædilem
a religionis partibus: qui omnes amplis manda-
tis inſtructi quæ potentiores aliquot viri e cœtu
lecti obſignaverant, cum Cadallieto Lutetiam
proficiſcunt, ut res Sacrocęſareanorũ longè ali-
ter ſe habere oſtenderent quàm fuerat ad Curiã
perlatum. Ecce autem repente metus advenien-
tibus

tibus legatis inject⁹ efficit, ut a mandatis quę acceperant diſcedentes obſecundēt conſiliis aliorum, & civium ſuorum tanquam maleficorum perduelliúmq; nomine veniam a Rege ſibi dari poſtulent: hoc facto, Fontanum orant ut ſecum veniat Sacrocæſareū. Cadallietus itaq; primùm celere equo in oppidum venit hora ſecūda pomeridiana, & poſt eū legati illi quinq; VII. Cal. Novemb. Poſtridie in publico oppidanorū con- «
ventu rem totam exponunt, docent rogatu ſuo «
Fontanum adventare, eúmque a ſe vitę ſponſio- «
ne confirmatum eſſe fore ut in oppidum recipe- «
retur, prout literis ab ipſo continebatur. Placuit «
conventui, cùm legati mandata ipſius fefelliſſent, eorum factum abdicari: cúmq; ex tam inſperato Fontani adventu non mediocriter ſibi metuerent aut a præſente periculo, aut tardiore aliqua reſipiſcentia, quę periculoſorum caſuum perpetua eſt comes, illicò Fontano obviā procedendum eſſe, orandum ne in malam partem accipiat, ſi liber adhuc acceſſus ipſi pro importunitate temporum intercipitur, commodiore alio tempore gratiſſimū fore adventū ipſius, ſe ægrè ferre, quòd hoc Legati ſine mandato ſuo poſtulantes ipſum in tantam moleſtiam conjeciſſent. Et quamvis Dominum Caſtrenſem, alióſque Satrapas audirent ſollicitè apud curiam inſtitiſſe, ut ſibi ex mandato Regis daretur autoritas ad Sacrocæſareanos in ſuas leges vi armata compellendos, re autem in conſilium miſſa, petitionem iſtam in aliud tempus rejectam eſſe Fōtani

operâ (nam ejus arte res melius caſurę adhuc vi-
debantur) tamen poſtero etiam die placuít iterũ
Conſilio periculoſa ſua cruentáq; tempora am̃
plius obſervanti, utut res caſura eſſet, & quantũ-
vis legati cum aliis contrà ſollicitantes obſtrepe
rent, non eſſe Fontanum in urbem recipiendũ.
» Hoc conſilium Conventui maximo deinde ex-
» poſitum plurimorũ ſuffragiis & acclamationib.
» eſt confirmàtum, uno animo contendentium
» omnia potius ſubeunda, quàm ut cõfugiatur ad
» immiſericordem iſtorum miſericordiam: nuſ-
» quam enim eſſe tutam fidem, novam infidelita-
» tem perfidiamque in dies a quib. minime timen
» dum fuerat ab iis emergere, conſceleratos ani-
» mos atque turpiſſimos impunitate ali, ſpe con-
» firmari, præmiis accendi, & ſua ipſorum nequi-
» tia ad omnem audaciam & capitale nefas proje
» ctos eſſe, cœlum exhorreſcere, aërem perſona-
» re, moveri terram tot nefariorum criminũ pon-
» dere prægravatam: certos in dies nuncios de cę-
» ſis trucidatiſque fratribus in permultis regni Sa
» trapiis ad ſe afferri: carnificem urbem Lutetiam
» nõdum expleri ſanguine filiorum Dei, ibi ſum-
» mos, ibi infimos, ibi patricios, ibi populareis ni-
» hil niſi ſanguinem & flammam ſpirare, ibi ple-
» bem quamvis cædibus madentem anhelare cæ-
» des, & prædæ, privatæ offenſæ, æríſve alieni no-
» mine multos trucidare qui ipſi religionẽ Rom.
» profitentur, ad ſolam Huguenoti appellationẽ
» graſſatores latronéſque publicos ex ſententia
» animi ſui in quorumlibet jugulum impune in-

volare

volare:idem in pręcipuis Gallię oppidis celeberrimíſque factitari, Rothomagi, Aureliæ, Lugduni, Avarici, in ipſa metropoli Ducatus Biturigum diſtante Gallicis milliaribus decẽ a Sacrocæſareo, ſummos trucidari, pugiunculis confodi, ſecuribus truncari, miſerabilib. modis interfici in ipſis vinculis: etiam in vicinia quaſi præ foribus ipſorũ, in oppido quod Charitatis vocant ad quintum milliare ſito, Italicam turmam Ducis Nivernenſis (quæ ipſo die Pariſienſis ſtragis falſa tranſvectionis ſpecie oppidum illud occupaverat) ſeditioſis oppidanæ plebis cõjunctam octodecim aut viginti religioſis hominibus necem intuliſſe: nõ ſeditioſos aliquot populareis, ſed ipſiſſimos Regis turmarios tam nefariorum facinorum autores & actores eſſe: ibi Ducẽ Corſæum, cùm januam ſuam noctu Minotto cuidã Italo religionis deſertori familiari ſuo & omnia tum officia amiciſſimè pollicenti aperuiſſet, eodem autore nudum adſtantem lecto ſuo coram uxore ignaviter æquè ac perfidè trucidatũ eſſe, ibi & ab iiſdem carnificibus Landaſum Aurelianum Ducem in ſuis ędibus confoſſum, Hieronymum Iogantum Ædilem plumbata transfixum, & cum uxore ipſius quamvis gravida & Rom. religionem profitente, dum conſtanter ſeſe objiceret ne vulneraretur gravius, ictibus crebris tranſverberatum, in utriuſque demortui corpore dedecoroſiſſimum & inhumaniſſimum facinus a carnificibus illis Italis deſignatum eſſe: unam e puellis cùm ad demonſtrandam pecuniã

» patris (erāt aūt in ea quaſi ſexies mille libræ quas
» dicunt francicas) tum ad ſponſalia Italo cuidam
» furcifero jam decrepito condicenda impulſam
» eſſe, Ioannem Sarracenum ſeptuagenarium vi-
» rum optimum, Iacobum tormentorum artificē
» graviſſimè decumbentem ex morbo pugionib.
» confoſſum, Talentonē ſubmerſum: multos an-
» tè ſauciatos deinde quaſi a morte receptos falſa
» redemptionis ſpecie ad pendendū aliquod pre-
» tium adductos eſſe: multas honeſtiſſimas fami-
» lias & omneis quæ a religione erant, expilatas,
» bonáque pro redemptura corporum expoſita:
» denique ut miſeriæ aliæ aliis cumulentur, viros
» mulieres parvulos cruentis ferarum unguib. ere
» ptos ad Miſſam & idololatriam pertrahi: ſe verò
» perfidę illi vitę honeſtam mortem & pretioſam
» Deo planè anteponere: hæc in vicinia, in portis,
» in oculis Sacrocæſareanorū agi, his furiéſis par-
» ricidis & cruentatis gladiis aditum in tecta ipſo-
» rum quæri, ſuam rem apertè & indubitanter a-
» gi, paries cùm proximus ardet. Hæc & alia hujuſ
modi quàmplurima reputātibus Sacrocæſarea-
nis, factū ęſt ut Fontanus excluderetur: quo no-
mine pergravis rixa in oppido cōcitata eſt. Nam
Legati a Curia reverſi (ut vitam ſuam Fōtano &
honorem oppigneraverant) & alii ex potentio-
ribus in eorum ſententiā perducti eum recipien
dum eſſe contendebant: alii verò ac inprimis ꝓ-
fugi convenę pernegabant: quorū illi dicebant,
» Fontani qui Comitis affinis ac neceſſari⁹ eſt, plu
» rimum intereſſe ne locus perdatur aut habita-
tores

tores excindantur, eum non vi armata cum magnis copiis ingreſſurum, ſed cum decem equitũ aut duodecim ad ſummum comitatu, neque ad arcem venturum, ſed manſurum in oppido, ipſos verò tum in arce tum in oppido ſuas cuſtodias excubiáſque pro more, ac firmiores etiam, ſi volent, habituros: Hi contrà excipiebãt ſe ex Sirenum aulicarum cãtu didiciſſe quid ſibi velint omnia illa, primum Papalium fulminũ auliceq; fidei caput eſſe, FIDES hæreticis ne præſtator, ſecundum, NIHIL contra voluntatem eorum quibus placere gratificari & obſequi ſtudent cõmittunto, ac proinde ut Fontanus in animo habeat reipſa efficiendi quod oſtendit verbis; non effecturum tamẽ ut potentiorum conſiliũ contra Religioſos abrumpatur, eum ſi oppidũ funditus deleatur, poſſe alia via alióque loco cõpenſari, ſi ingreſſus volet nobiles in arcem intromittere & omnia pro arbitrio agere, neminem contrà auſurum, illi non futurum eſſe honorificum, ſi unam noctem in oppido ſine imperio jaceat, ideóque non paſſurum, ut cives inferiores, ipſique tanquam ſubditi legem ſibi figant, aut præter nutum & voluntatem ſuam aggrediant̃ quicquam. Intereà. Fontanus IV. Cal. Novẽb. Caunium venit trans Ligerim, ad alterum milliare a Sacrocęſareo, etſi jam antè certior de recuſatione oppidanorum factus: cujus adventus refragantium animos graviter affecit, turbáſque non mediocres in populo excitavit. Nam optimatũ multi jam a Legatis redeuntibus fracti, partim

metu Regis, partim retinendarum ſuarum facul
tatum (prout ſpem faciebāt Regis emiſſarii) ſtu-
dio ab aliorum conſilio & cōmunicatione abre
,, pti, ad Fontanum ſalutandum venerunt Cauni-
,, um, & quàm officioſiſſimè potuerunt, gratiam
,, ipſius ſunt aucupati: qui omneis humaniſſimè
,, exceptos (ut bellè urbanitatem callebat) de ſupe
,, rioribus promiſſis & ſtudio benevolentiáq; ſua
,, amantiſſimè confirmavit. Ad hoc colloquium
,, (quod multis prudentiorib. ac penitius rem in-
troſpicientibus ſuſpectum odioſúmque videba
,, tur) quinq; aut ſex diebus itum eſt: quo ſeditio-
,, nes inter oppidanos auctæ ſunt, multi adducti
,, ut ad obſeſſores transfugerent, & familiæ indi-
genarū amplius quadraginta everſæ. Itaq; Fon-
tanus animadvertens per profugos, qui aliunde
,, cædib. erepti eò cōfluxerant, maximè fieri quo-
,, minus reciperetur, curavit eis ſæpius ſignificari,
,, ſiquidem eo animo eſſent ſe publica fide in locū
,, tutum quemcunque eligerēt eos deducturum,
,, obſides ubicunque vellent traditurum, abitio-
,, nem illis potius quàm commorationem in op-
,, pido conſulere, hæc ſibi in mandatis eſſe, roga-
,, re denique quia ipſorum interſit ſecum commu
,, nicare, ut certi homines ad ſe ipſorum bono ab-
legentur. His auditis, mittendos quidē eſſe con
ventus judicavit Ioannem Minerium Scribā A-
cademiæ Aurelienſis & Ioannem Girardinum
medicum Altiſſiodorenſem cum fiducia a ſe ſi-
ve literis credentiæ, ut vocant, ſed ea lege ut da-
tís a Fontano obſidibus de incolumi illorum re-
verſione

verſione caveretur: qua conditione accepta Fõtanus dominum Motæfercaldæ ſervum Ducis Andium & Lugnium filium domini Buzanlurę Sacrocæſareum Nonis Novemb. ablegavit, illi verò Fontanum ex decreto conventus adiverãt. Evenit autem nocte qua obſides Sacrocæſarei hęrebãt, repentino terrore coorto, ad arma conclamatur, ad forum, muros, portas concurritur: quamobrem exterriti obſides iterum ſibi caveri poſtulabant ne q̃d detrimenti acciperent: ideóque illis fide publica proviſum eſt, modò ne extra diverſorium ſuum diſcederent, fore ut ſancti ab omni injuria conſerventur. Poſtridie igitur cùm Legati convenarum regredientes ad ſuos Ligerim trajeciſſent, hi incolumes Sacrocęſareo dimiſſi ſunt. Reverſi Minerius atque Girardinus perfunctionem legationis ſuæ ſermonéſque a Fontano habitos cõventui explicãt: dixiſſe Fontanum non eſſe ſibi diffidendum, ſe omnibus officiis quæ profugi poſtulaverint, libẽtiſſimè eos proſecuturum, & bene caſurum eis ſi conſilio ſuo paruerint: De libertate verò conſcientiæ agentibus clarè & apertè reſpondiſſe ut incolis antè reſponderat, nihil ſibi dè permittendo Sacrocæſarei uſu religionis ipſorum a Rege mandatum eſſe: Cúmque legati ipſi oſtenderent in eo cardine ſummam rerum verti, neque profugos convenas neque bonam incolarum partem aut illud religionis ſuæ interdictum, aut iſtã abitionis legem accepturos, neque ipſi facilè propter difficultates temporum acceſſum oppidi in

„ præſentia permiſſuros,ſe tantopere ipſi judiciô-
„ que ipſius cõfidere ut ſi ſepoſitis omnibus præ-
„ judicatis innocentiam ipſorum & cauſæ æquita
„ tem ſpectabit, rogatus ipſe aliter non ſentiat, &
„ longè aliud conſilium quàm præ ſe ferat datu-
„ rus ſit, poſtremò ſe ſine ulla offenſa Regis aut
„ cujuſquam alterius e mediis cædibus elapſos Sa
„ crocæſareum vitæ conſcientiæ ſalutiſque cauſa
„ confluxiſſe, niſi fortè exuta omni humanitate
„ adverſarii ducem naturam rationem Deúmque
„ ipſum ſequi capitale eſſe duxerint: Fontanũ ad
„ hæc reſpondiſſe nunc demum ſibi perſpectũ eſ-
„ ſe quid facto ſit opus, hoc unum tantùm ſibi fa-
„ ciundum ut opere præſtet conſilium & volun-
tatem Regis. Animadvertens itaque Fontanus
ſe jam toties fruſtrà hac via tentaſſe, & ab emiſ-
ſariis ſuis cognoſcens deliberatum fuiſſe poſtre-
mo conventu ut non reciperetur, aliam rationẽ
aggreſſus eſt. Erant in oppido quaſi triginta ci-
ves ſtantes a partibus illius, & in iis factionis fa-
cilè principes Iulianus Bertauchius & Simo Car
loluchetus, qui prius electi ab oppidanis fuerãt
ut caſtello proſpicerent: viſum eſt illis admini-
ſtris uti, & experiri clàm utrum in eam partem
Fontanus & ab ea in oppidum introduci poſſet.
His duobus mandata eſt illius conſilii ſubdolè
in caſtello procuratio: in oppido verò tres Ædi-
les ſuorum animos ſollicitabant, operi inſtabãt,
pulverem tormentarium, commeatum & mu-
nitiones quæ ad rem bellicam ſunt opus (hæc e-
nim illorum curæ commiſſa fuerant ratione fun

 ctionis)

ctionis) in caſtellum abducebant, atque etiam merces ſuas pretioſiorémque ſupellectilem eodem curabant deportari, metu (ut ajebant) profugorum aliquot ſibi interminantium. Atque hęc quidem obſcurè multis ſuſpicionem afferebant: verumtamèn nihil tantopere invidiã creavit hominibus iſtis, quàm vagus rumor multitudinis & ſine autore per oppidũ ſubditus, ſecundariam portam intus in caſtello & ſummã quæ oppidũ verſus ſpectabat obſtrui, deinde ſermones audacius jam aliquoties cuſtodibus caſtelli per noctem habiti, cùm modò accenſis ſibi oppidanorum cuſtodiis aperire portam recuſarét, modò teſſeram militarem a circitore cognoſcere. Quare cùm omnia hæc multi peſſimè accipientes alio pacto providendum adminiſtrationi caſtelli judicarent, victus aſſidua illorum importunitate Florus cum aliquo convenarum numero interdum caſtellum ſegnius inviſebat, magis ut ſollicitum hunc metum ex animis eximeret, quàm quòd de fide caſtellanorũ dubitaret, defunctoriè luſtrabat, nominatim verò poſticũ ferreum (qui ſuperioribus bellis ad proditiones avertendas aggeſta terra lapide fimóque in pedes amplius duodecim fuerat adobrutus) recognoſcebat, deinde rediens ſuorum animos confirmabat: adeò artificioſè caſtellani fraudes ſuas contegebant. Tandem die Dominico qui fuit Idus Novemb. v. introductis jamque in caſtellũ quaſi triginta quatuor aliis e conſciorum numero, caſtellani oppidanorum cuſtodias (quæ ſin-

gulis veſperis per vices in caſtellum quinæ aut ſenæ mittebantur) ab ingreſſu arcuerũt: quo inſolente facto exterriti qui tunc fuerant excubaturi, filii Ioannis Naucleti, Franciſcus Argente', & Ioannes Tachius accurrerũt illicò, ut certiores facerent eos ad quos ſumma rerum adminiſtratio pertinebat. Ii quàm velociſſimè ad caſtellum contendentes recuſationis cauſam ſciſcitantur. Reſpondent caſtellani non fuiſſe milites a ſe excluſos quominus in caſtellum ingrederentur, ſed ipſos intempeſtivè obire cuſtodias ſuas, neque porrò faciundum eſſe ut importunis horis caſtellum oſcitantibus ſtertentibúſve pateat. Tum Bertauchius & Carlolucheтus præfecti ab oppidanis increpati ſunt iſtius audaciæ nomine: quamobrem plurimùm metuentes ne celerius res ſuæ retegerentur quàm ſibi ex uſu futurum eſſet, tum repulſas a ſe cuſtodias, tum alias etiam cooptatas in caſtellum receperunt, in quorum numero fuit Ludovicus Martinatus juvenis, cujus ſpectatæ probitati confidebant omnes. His tranſactis, tanquam optimè conſtitutis firmatiſque rebus, ad quietem itur. Sed Florus ea ipſa nocte pervigil, & altius demum de præcavendo a perfidia proditionibúſque periculo cogitãs, firmam cuſtodiam in domo Carlolucheti proximè ſub caſtello ſita collocavit, & præcautores procubitoréſque (vulgus ſentinellas primos hoſce excubitores vocat) cùm variis locis ante oppidum, tum etiam ad murum in aggere Dionyſiano caſtellum non procul ſpectante diſpoſuit.

Caſtel-

Caſtellani verò rebus ſuis compoſitis Sanpræũ jubent ad dominum Recami fratrem Fontani excurrere. Hic prius a Ludovico Argenteo & Simone Renaldo Sacrocæſareanis in caſtellũ Buzanluræ, quod ſeſquimilliari abeſt Sacrocæſareo, fuerat accitus, ut compendiũ fieret in communicandis conſiliis: ea autem nocte condicto cum ſuo comitatu loco in inſidiis præſtolabatur ſub caſtello ad paſſum trecenteſimum, inter parietinas rudetáque S. Romuli, & in propinquis vitibus. Sanpræo audito, Recamenſis præmunitionem conſcendit ſcalis, & poſt eum comites octodecim unà cum Andrea Clemente Sacrocæſareanorum Prætore viro ut prius ad literarũ ſtudia, ſic etiam tum ad Reipub. adminiſtrationem ineptiſſimo: proſequentes cæteros procubitor ex aggere Dionyſiano jaculans & conclamans arma conturbavit. Ad hoc ſignum oppidani conſternari, huc illuc in oppido diſcurrere, forum plateas & compita perluſtrare, ad muros, ad ſtationes convolare. Intereà dux Paquelo ſe portis erumpit foras, fretus opacitate noctis, cũ certo catapultariorum numero ad oppugnandam Racamẽſis manum, & auxiliareis ab acceſſu caſtelli abercẽdos, & Pantangium quendam Fontani domeſticum captum confeſtim in oppidum intromitti jubet. Ex eo percontantes Sacrocæſareani cognoſcunt Racamẽſem cum militibus fermè octodecim ingreſſum eſſe in caſtellum, ſe autem alióſque manipulareis permultos in circuitu ſuccenturiatos fuiſſe, negotio re-

tecto deturbatíſque ad aliquarum excubiarum ſignificationem numeris ab acceſſu caſtelli averſos eſſe, Regis equitatū Fontano duce cum Caunenſium & aliorum finitimorum pedite ad S. Saturni clauſtrum expectare, alias porrò auxiliareis copias ab oppido Charitatis in procinctu eſſe, denique omneis poſtico in caſtellum & inde in oppidum fuiſſe irrupturos. Caſtellani verò animis cōfirmati, per id tempus Durboſium ducem & captivos cuſtodiæ ſuæ creditos vinculis eximunt, obſtructam portam atque e turri quadam ſpectantem ad præmunitionē qua Racamenſis adventabat aggere liberant, alias oppido obverſas accumulãdo obſtruunt, poſtici ferrei aditum diligentia ſumma expediunt, juvenémque Martinatum (qui primis excubiis perfunctus in fœnili aliquātiſper dormierat, & rebus compertis Grangero ſuo ad portam Cæſaream agenti procubitorem e Georgiana turri (quam Theſaurum vocant) vale dicens indicaverat Racamenſis adventum) in ſuas partes ſollicitant, & recuſantem poſtremò hortantur ſaltem oppidanis dicat non alios in caſtello eſſe quàm cuſtodes ordinarios: quod ille conſtantiſſimè negavit facturum. Quamobrem oppidani contrà ad irruptiones arcendas aut certè ſiſtendas, ſi hoſtes valentiores forent, vallo & plauſtris aditus caſtelli omneis præcludere, ædes adverſas præmunire, vias ſingulas obſidere, primámque portam caſtelli antelucanis horis ſuccendere: hortatore in primis Martinato, qui avidiſſimè

diſſimè omneis occaſiones arripiebat ut ſuorum animos confirmaret. Caſtellani verò in lucem uſque frequente lapidum magnorum injectu locum ab hoſte tuebantur. Dies autem cumprimùm illuxit, ſperantes oppidani illos domeſticis neceſſariorum periculis a pertinacia illa abductum iri, Bertauchium ſexagenarium Bertauchii caſtellani patrem, uxoréſque & liberos oppidanorum omnium qui in caſtello erant vinctos & onuſtos faſcibus, præter Bertauchium, ſiſti ante caſtellum jubent, proſequentibus eos militibus qui ignem ſecundæ portæ ſubjicerent. Sed cùm eos animadverterunt neque præſentibus ſuorum periculis (ut mulier una tum graviter læſa fuerat) a jaculando abſterreri, neque ſenis canitie precibúſque abduci, placuit oppidanis ambulationem Turpini, ædes Columbarii, & alios parietes propinquos caſtello perfodere, ut commodius inde tanquam e ſpecubus plumbatas in caſtellanos regererent. Huc tertium quoque conſilium acceſſit, quòd vinitores & cæmentarii in medianum caſtelli ædificium ad Septentrionē, ubi equilia erāt, immiſſi ſunt ut pedem illius ſuffoderent: quò poſtquam illi incolumes & inoffenſi perveniſſent, adeò diligentem & induſtriā operam navarunt, ut in forti illo & antiquo muro aditus quatuor perrumperent binis terníſve militibus una fronte pervios. Quod eò facilius operæ illæ confecerunt, quia paries ille medianus ne ulla quidem anguſta rima aut vicinarum

turrium ſubſidio protegebatur, operarii verò cùm parietis lorica & præcinctione, tum contabulationibus allatis a lapidibus quos in incertũ e Georgiana turri jaciebat miles, planè defendebantur. His ita cõfectis, Florus & Querceus duces cum milite ſuo & aliis aliquot armatis ægrè conſcendentes perruptos illos adit⁹ obtinebãt, donec tempus impreſſionis eſſet: alii ligna & faſces ad incendium ſecundæ caſtelli portæ comportabant, caſtellanis eam ex adverſo cõfirmantibus. Sacroc ęſareanorum militum tres iſto impetu ceciderunt. Erant autem aditus illi quos Sacrocæſareani effoderãt, ingente fœni copia obſtructi: cùm itaque illi diu & fruſtra præ multitudine ſuis foraminib. tentaſſent eam ejicere, expeditiorem fore hanc rationem putabant ut fœnũ igne conſumerent. Et quamvis hoc incendio ſibi impedimentum ipſi a fumo ex lentore & copia fœni, & a fornicis æſtu graviſſimum accerſerent, caſtellani tamen qui ad hæc non adverterant animum, ſed tantùm ab illa vi impetus qui jamjam dabatur ſibi metuebant, inopia conſilii (ut ferè fit in gravioribus & inſperatis caſibus) mediani illius ædificii tectum incenderũt, ut fornicis illius moles in ſubruẽtes milites & in propinquos decideret. Ecce autem tota ſpes eorum volubilitate flammæ, qua nihil eſt incertius & inſtabilius, deluſa eſt: ignis enim agilitate ſua in ſcalas Georgianæ turris repente inſiliens faſtigium ejus abſumpſit, quod firmiſſimum fuerat ipſis adverſus hoſtes prę ſidium & propugnaculum.

lum. Tandem oppidani totius rei ſummam in celeritate ſtatuentes ſecundum Deum, quia periculum erat ne auxiliares hoſtium copiæ (quarum audiebantur tubæ & tympana, pontonéſque milite onuſti portum S. Theobaldi trāſmittentes ad milleſimum ferè paſſum cōſpiciebantur) poſtico in caſtellum introducerentur & ipſi opprimerentur nocte, hamas & harpagones ad ligna fœnum aliáque impedimenta abripienda amovendáq; adhibent, ad ſpecus muri antè ſubrutas concurſant, fit via vi: Caſtellani eodē momento animos abjiciunt: quod animadvertens Martinat⁹ poſtico ferreo clàm ſeſe in vineas demittit, ad portam Anſerinam accurrit, excubias de re tota certiores facit, & hilariter acceptus oppidanos ad laudes Dei prædicandas hortatur. Tum duces cum militibus acri & præſente animo ſub horam quintam pomeridianam per effracturas muro paucis reſiſtentibus ſuccedētes arce potiuntur: caſtellani verò in fugam verſi elabuntur, ſaucii qui remanſerant pars cæſa, pars in oppidum abducta eſt, & armorum, pecuniæ, ſericarum lanearúmq; mercium copia ſatis magna ab oppidanis recepta. Poſtridie (is fuit dies Martis III. Idu. Novemb.) Fontanus recuperati a Sacrocæſareanis caſtelli fiducia adeptā Caunio proficiſcens in Curiam celeribus equis contendit, relicto comitatu ſuo & impedimentis, quæ poſt dies novem ipſum ſecuta ſunt. Sacrocæſareani verò, quamvis aliquam optimatū partem ꝓpter leves offenſas ceſſiſſe oppido cogno-

ſcerent,& de nutantibus inclinantibúſque multorum ſtudiis adhuc dubitarent, ex iſto tamen eventu arrectis & confirmatis animis ſupplicationem publicè decreverunt, hymnis gratias agentes Deo: poſteà de inſtituendo militari ordine deliberantes, bellicas ſtationes cuique & functiones aſſignarunt. Luſtrato ex oppidanorum civibus & convenis exercitu inventi ſunt milites ſexcenti quinquaginta, & centum quinquaginta vinitores, in quos duces, legati, ſigniferi, tribuni, & manipulares dati, & omnibus præfecti Ioannæus Gubernator & Imperator exercitus Florus. Signis acceſſerunt, cùm opus fuit, funditores pueri & mulieres petaſatæ, ne calantica ab hoſtibus internoſcerentur, ad defendendum muros. His ita conſtitutis, XVI. Calend. Decemb. primùm in oppido ſignum tympano dari cœpit, excubiæque interdiu & noctu pro militari ordine collocari. Ex eo tempore Sacrocæſareani amplius menſem quieverunt quidem ab hoſte, ſed intra muros non prorſus contentionibus, ſuſpicionibus, proditionúmque metu vacaverunt, adducti crebris ut in civili bello transfugiis: quæ tamen conciliatis per præfectos animis diſſidentiũ & rebus cõpoſitis ſublata extinctáq; videbantur. Accidit autẽ ut ex obſeſſoribus dux quidam, Carterius nomine Aurelianenſis e pago Menetreolo farinã oppidanorũ exportaret: quamobrem oppidani futurum rati ut ex priore ſucceſſu ingentes animos verſaret, inſidias illi poſtero die in vicinia componebãt.

Sed

Sed ubi cōſumptis aliquot horis ſenſerūt inſidię fruſtra a ſe expectari hoſtē, oblatum ſibi ex-improviſo Caunienſiū commeatū Sacrocæſareum invexerant: quo audito, Carterius cōtrà par pari poſtridie Sacrocæſareanis referre cogitabat, cū certo equitum peditúmq; numero itinera obſidens, donec oppreſſo milite q primas excubias obibat ab oppidanorū rorariis, cognovit res ſuas Sacrocæſareanis exploratas eſſe. Intereà etſi cū ſermone omnium, tum maximis & frequentib. indiciis confirmabant obſidionē ſibi comparari, languidius tamen de firmando à cōmeatu & munitionib. oppido agebat, adeò ſe avidè fovebant ipſi blandiebanturq; expectatione pacis, & mollioris indulgentię, quā ſine autore vel exēplo fingebāt, ſpecie frangebant militares nervi: aliqd cibarii Laſſæo, Azio, Iaris, Savignio, Sulli-gnio, & perpaucis aliis pagis interdū advehebat, pigrè promptuariū Reip. & oſcitāter curabat, loca oppidanis dānoſa in propinquo ſtabant, jacebant munitiones oppidi, quaſi ageret joc⁹, hoſtibus accurrētibus, excurrētib. oppidanis, adeóq; ſe interdū leviſſimè in gravia diſcrimina conjicientibus. Tandē die Veneris (q fuit 111. Idus Ian.) ad inſtituendā obſidionē ventū eſt: nā cohortiū catervarūq; numer⁹ in finib. Sacrocæſareanorū tūc augeri cœpit, & quaſi ſexdecim aut ſeptēdecim ſigna cunicularioru admoveri, adeò ut ad 7. hominū millia, pręter nobilitatē volonéſq; multos ex agro Biturigum & cunicularios, in caſtris illis militarēt ex mandato Regis. Oppidani itaq;

rem ſuam tum demum videntes ſeriò agi, ſuam cuique duci ſtationem aſſignarunt: & perſonas quæ in ferenda obſeſſione futuræ erant graves atque otioſæ exire juſſerunt, quod tamen ſummorum quorundam lenitas impedivit. Erant in propinquo ædes ſolitariæ ante Fontanæum pagum, unde obſervari ab hoſte & gravi damno affici oppidani poterant, jamque hoſtium cuſtodiis confirmatæ: eò duces Florus, Petręus, & Minæus irruentes dejiciũt cuſtodias & obvios fundunt, donec pręcipite adverſariorum concurſatione cognita poſt aliquot telorum emiſſiones facili receptu in tam propinquum oppidum ad ſuos regreſſi ſunt. Ad xx. Calend. Febru. Caſtrenſis in Abbatia S. Saturni cõſidens, per tympanotribam Cæſareanis denuntiavit tandem aliquando de ſui deditione cogitent, ſe ipſius fidei committant tanquam Gubernatoris ad ſingularia quævis amicitiæ officia eis pręſtanda futuri paratiſſimi ſi poſtulaverint, niſi dedant fore ut pœniteat eos ſerius: non enim poſſe ipſos aut ſuo Marte evadere, aut copias quas penes ſe habet avertere, omnino certũ Regi deliberatúmque eſſe oppidanos jugo adigere. Tympaniſta autore Ioannæo (cuius autoritas & exiſtimatio abducebat multos, pertinacia verò quæ in elatione & magnitudine animi facillimè innaſcitur cogebat omneis) præter multorum ſententiam detentus eſt in oppido, & nullum reſponſum datum. Sequentes dies in excurſionibus & velitationibus conſumpti. Intereà obſeſſores ex illa

illa pagi Fontanæi domo Sacrocęſareo proximâ munimentum parari curãt, quod vallo foſſa crâtibúſque per cunicularios inſtruunt, & tormentã ænea ſexdecim important: deinde in Ardilleriis alterum e terra, in campo quem vocãt S. Lazari vallum cõponunt, multis locis cratitios aggeres, omnibus verò in circuitum aditus præcidunt foſſis. E diverſò autẽ obſeſſi ſuperiora turris Cæſareæ, unde aggreſſuros eſſe hoſtes falſò acceperant, deturbant ipſi, infirmiora caſtelli confirmant, & interducunt foſſam. Sed posteaquàm obſeſſores munitiones ſuas ſtativis, acceſſus foſſis, continentem denique idoneo milite obfirmarunt, tormentáque decem in campo S. Lazari, ſex verò in montem ulmi lupini præter expectationem omnium deduxerunt: ad XI. Calend. Martias murus inde a Vetere porta ad Andreanam quati machinariis globis cœptus eſt, ídque tanta vi & tanto impetu, ut intra quatriduum amplius ter mille quingenti miſſiles globi in oppidum conjecti ſint: quibus interdum domus dejectæ, terra mota, militum arma fragore trita, etiam puella ſolo afflatu exanimata eſt, quanquàm totis menſibus ſeptem & dimidio (nam hoc fuit obſidionis ſpatium) oppidanos ad ſummum viginti quinque perdiderunt. Ita factum, ut obſeſſores paulatim caſtra ad foſſam uſque oppidi admoverẽt: ubi Caſtrenſis ſepto foſſæ quo protegebantur ſui columbaria & foramina indit miſſilibus ejaculandis, militem inſtructum collocat, tranſitum foſſæ ponticulo

ligneo conjungit, & tegmen e cratibus a foſſa ad murum oppidi perducit pro defenſione militum. Quamobrem oppidani cõſilium de ſubruendo muro ab hoſte iniri metuentes ſollicitè in excubiis verſari cœperunt, in effodiendis ex adverſo cuniculis operam conſumere, & contra adverſos hoſtes injecti iſtius pontis cauſâ manu conſerere. Poſt dimicationes aliquot uno momento pontem ſuccenderant, & ſe commodius hoſtem a muro propulſaturos cogitabant, cùm alter valentior atque inſtructior in illius locum noctu ſubmiſſus eſt: quem Sacrocæſareani poſtremò ferreis hamis ægrè diſſiparunt, & tædis injectis conſumpſerunt. Dum hæc geruntur, captivus quidam Sacroceſareo elapſus ad Caſtrenſem fugit, qui diuturnum ipſius deſyderium cognoſcendi ut ſe habebant res oppidanorum, aliqua ex parte explevit. Oppidani verò crebris eruptionibus captivos ab hoſtibus adducentes ſtudia adverſariorum voluntatéſque & conſilia perquirebant, cuniculos de quibus a captivis audiebant, quaquaverſum perveſtigabant & recognoſcebant diligentiſſimè, firmas excubias ad muros collocabant, quæ eadem operâ ſæpe hymnos cantabant Deo, & irrumpentes noctu hoſtes in oppidum a mœnibus depellebant: alteram prætereà foſſam intra portam veterem circumducebant. Evenit autem nocte quadam, ut erumpens cum duobus manipulis Martinatus domum non procul ab oppido ſitam (quam domum ſtagni dicunt) occuparet, ubi ex obſeſ-

ſoribus

ſoribus ad viginti trucidavit; & quendam Avaricenſem cepit. Hic percontantibus de conſilio adverſariorum Sacroçæſareanis indicavit fore ut poſtridie tormentariis miſſilibus graviſſimè & contentiſſimè peterentur, cuniculos jam planè comparatos eſſe; hoſtes verò poſt diem tertium daturos impreſſionem deturbato muro. Vera comperta omnia. Poſtero enim die machinaria tela a tribus regionibus in oppidum emiſſa ſunt, turres deturbatæ, munitiones disjectæ, murus proſtratus, & labes in paſſus amplius trecentos illata. Hoc toto per ſpatium diei unius cõfecto, ſequente demum die quatuor agminib. in quatuor partes oppidi impetus factus eſt, ingruente intereà in oppidanos continenter telorum imbre. Eorum tria, quà dejecti fuerant muri in oppidum incurſarunt, quartum ſcalis ad portã Cęſaream molitum eſt conſcendere. Et quamvis oppidanis prima ſpecie terrificum videretur, ꝙ immani miſſilium globorum numero a circumſidentibus hoſtibus petebantur; ſinguli tamen ſtrenuè attributis ſibi muneribus in hoc concurſu perfuncti ſunt ſumma fide & diligentia: a milite hoſtis valentiſſimè ſubmotus, a calonibus lixíſque, a funditoribus, a mulieribus & pueris: qui in medio iſto certamine imperterriti, accliviores partes & acceſſus faciliores muri, quibuſcunque modis poterant, accumulantes extollebant: atque hęc eò conſtantius, quòd a tormentis militaribus, balliſtis, catapultis, pyrobolis, facibus, tædis, candentibúſque circulis, quibus an

te irruptionis tempus operam dederant, adhuc imparati erant, tribuli verò locis incommodioribus ineptè diſſipati. Duas horas & quadrantē acriter utrinque dimicatum eſt: poſteà obſeſſores cedentes muro in ſua caſtra infectis rebus diſceſſerunt. Horum in iſto impetu ad ſexaginta ceciderūt, ducenti lethali vulnere affecti, & fermè ducenti ſaucii aut mutilati: oppidanorum octodecim. Fracto depulſóque impetu Sacrocæſareani gratias egerunt Deo, & cæſorum hoſtiū manubias in oppidum deportarunt. Caſtrenſis verò alia via ratus ſuorum militum ſaluti conſultum iri, cogitationē abjecit invadendi irruptione oppidi: ideóque momento uno juſſit obſeſſores per caſtra diſcurrere, tormenta deportare, tuguria & tabernacula diſſipare, crates ſuccendere, impedimenta agere ferre, omnia denique perinde in totis caſtris comparare ac ſi vaſa conclamata eſſent. In hac opinione hærentes Sacrocæſareani, quaſi res jam bono loco eſſent, ſegnius atque remiſſius cuſtodiæ ſuæ cœperāt incumbere. Quo animadverſo, Caſtrenſis perendie intempeſta nocte admoto ad portam Veterem milite, irruptionem iterum a multis partibus molitus eſt: ſed tamen etiam tum a muro propulſatus eſt. Poſtero die (is erat dies Paſchatis, quo obſeſſores religionis ergô quieſcebant) ſtativi milites ab erumpentibus oppidanis oppreſſi, eorúmque qui propius a muro aberant pars cæſi, pars in fugam verſi, & crates in oppidū detruſæ ſunt. Itaque Caſtrenſis die ſecundo a Pa-

ſchate

ſchate palàm & apertè conſilium ſuum retegẽs, in campo S.Lazari militi opus immane e cratibus circumdedit, novámque munitionem inſtituit centum quinquaginta paſſuum in longitudinem, in cujus fronte tres aggeres contra Sacrocæſareum obvertit, & areæ mediani aggeris duo tormenta imponi juſſit: deinde ligneam turrim ædificavit, e ſuperiore cujus tabulato miles in arcem portæ Veteris proſpectaret, eámq; ambulatoriam, quæ rotis & palangis prout libuiſſet admoveri aut retrahi poſſet, ac cõmodè huc illuc transferri. In Ardilleriis alterum quoq; munimentum confecit decuſſatim, ita ut extremus agger quaſi ſecuriclatus eſſet, cujus cunei parallelogrammi & pari inter ſe commenſu alii alios defenderent: tertium Craſilam verſus figurâ cordis, in eo loco qui dicitur Saxum montis veteris: quartum ad fontem Pignoliarum: quintum in ædibus ſtagno impoſitis, quarum antè meminimus: ſextum in campo Salinario, quem etiam Putetum vocant: ſeptimum in proximis ædibus Fontanei pagi: quas omneis munitiones foſſa perducta junxit toto ambitu oppidi in quater mille trecentos decẽ paſſus, & denſo milite confirmavit. Dum hæc geruntur, collocati utrinque excubitores primi (ut propinqui ferè in foſſa oppidi a metatoribus diſponebantur, & unico aſſere inter ſe diſcreti) mutuo ſe confodiebãt plurimùm: alii ſaxis & lapidibus agere, interdũ excurſionibus pro opportunitate velitari, denique omnes omnia tentare, quæ diſrumpendis

adverſis conſiliis hoſtibúſque debilitandis judicabantur accommoda. Oppidani enim prudenter id quidem, ſed invalidius tamẽ principiis conabantur obſiſtere: itaque cunicularios plurimos occiderunt crebris eruptionibus & telorum multitudine, crates exuſſerunt, truſatilem illam turrim quamvis reluctante ac propugnante fortiter hoſte tradiderunt igni, alteram quoque longè firmiorem munitioréṁq; in locum illius ſuffectam ſummo cum vitę diſcrimine concremarunt, & proximos quoſque milites utcunque ſummoverunt. Sed ubi ſe hoc pacto præſtare nequicquam poſſe cognoverũt, multa ab ancipitibus & anxiis oppidanis fuerunt in conſilium miſſa: poſtremò verò placuit in oppido potius cõſiſtere quàm per mediam hoſtium aciem perrumpendo de rei totius ſumma periclitari, & fraternam ſuorum aut imbecilliorum curam & ſollicitudinem exuere: frumenti numerum per ſingulas ædes recognoſci, in publicam thecam deportari ad graviores difficultates quæ cõparabantur aſſervandũ, & per diribitores pro neceſſitate ſingulis attribuendũ, vinum taxari, & nuncios ad fœderatos ſuppetiarũ ergô in linguã (ut vocãt) Occitanã mitti. Ex eo tempore invaleſcebat fames duriſſima in oppido, & obſeſſos plurimùm infirmabat. Nam menſe Martio primùm aſinus ad cibũ cæſus eſt: poſteà muli, equi, feles, mures, talpę, canes publicè in foro venditi ex autoritate Senatus, ut omnib. æquè, quoad ej⁹ fieri poſſet, conſuleret. Poſteà Iunio menſe volentibus

tibus ex oppido excedere facultas data: cōſiſten tibus ſingulis attributa primū ſelibra panis, poſt octiduū quadrans libræ in dies ſingulos: tandem per hebdomadas quaſq; ſingulæ libræ viritim datæ. Ineunte Iulio (ut magiſtra eſt inventorū omnium neceſſitas) ad inſolētiores cibos ventū eſt: coriis bubulis, pellib. agninis, equinis, caninis, aliiſq; conſimilib. victitatū, quæ omnia abraſa, aut flamma (quod melius edentib. videbatᷣ atq; ſalubrius) vel cādēte ferro purgata a pilo, & diē unum aut alterū aquâ macerata elixabantᷣ, torrebantur, frigebantur: etiam ea quæ calce, alumine, aliiſve modis gravioríb. fuerant concinnata. In pretio ante alias pelles erāt vitulinæ, quarum pedalis quadra duodenûm ut cùm minimè, & quindenûm ſolidorum erat: totæ in adverſionē aut membratim emptæ conficiebant amplius francicas libras triginta venditori, hoc eſt, ſupra aureos coronatos undecim. His deficientibus ſucceſſerunt membranæ & chartæ pergamenæ, quantumvis obſitæ. Tympanorum, cribrorum, bubalorum pelles, equorum & boum ungulæ, exeſa oſſa fimetis adempta, laternarum cornua, capiſtra, antilenæ & poſtilenæ coriaceæ cum equorum ephippiis, zonæ coriaceæ, ventralia e pellibus, anſæ flabellorum, & amenta clitellarū lagenarúmque e nervis bubulis, cervorum caprearúmque pedes olim foribus antefixi, omnia ad victum adhibebantur. Hortorum maxima erat per aliquod tempus utilitas: quorum penuria egentiores paſſim herbas ignotas colli-

gebant, vitæ diſcrimine conſulentes vitæ, cicutam etiam moniti non aſpernabãtur, donec ſua corpora ex ea intumuiſſe perſpicerent. Semen lini, buceratis, & ſimilia, palea ipſa minutatim conciſa cum acere, juglandium putamina, cerulei lapidis (ardoſiam vocant) tegulares laminæ commolitæ & tuſæ eſurientibus præbebant uſum panis ex incerniculo, ſebum, axungia, utut vetus & rancida, in deliciis erat. Poſtremò poſtquam equi valentiores (nam iis rei militaris cauſâ fuerat parcitum) cibo eſſe inceperunt, libra equinæ carnis vicenûm erat, vicenûmve binûm ſolidorum, caput, ſeptenûm octonúmve librarum quas francicas vocant, lingua, ternûm librarum & ſemis: quaterni pedes, ſenûm. Hepar in partes væniit quatuordenis libris, cor denis, pellis octonis & denis, interaneorum pondo quindenis aut ſexdenis ſolidis, adipis tricenis, ſanguis in botellos confectus, vicenis octonis. Oletum quoque e vicis diligenter & certatim ſubductum in alimoniã, item fimus equinus, omnéſque e fimeto ſordes & veteramenta, quorum alioqui ſolus odor allaturus fuiſſe mortem videretur: ne plura, puella triennis ex fame confecta & jam elata, de conſilio vetulæ refoſſa parentibus fuit cibo. His calamitatibus & inopia rerum, alii expirare, alii efferri, alii elatos proſequi & præeuntibus cadaveribus invidere, ad trigenos quotidie fame occidere, alii ſeſe extra oppidum conferre, ab hoſtibus repulſi aut vulnerati claviculis vitium, limacibus, herbis

ſylve-

ſylveſtribus ęgrè vitam tolerare, inedia languere, in foſſa oppidi miſerè emori, omnes flebiliter tantis ærumnis ingemere. Ex iſta fame integro ſex hebdomadum ſpatio amplius quingenti mortui, amplius ducenti tabidi inventi ſunt: nam reliqua obſidione tota octoginta quatuor univerſè interciderunt ab hoſte. Cùm itaque ex hoc tam luctuoſo & acerbo incommodo animi omnium fatiſcerent, & languentium puerorum ad parentes, uxorum ad viros, aliorum ad alios triſtibus querimoniis aures perſonarent, funeſtiſque eorum ſpectaculis oculi omniū & mentes graviſſimè afficerentur: primùm quotidianis precibus in Eccleſia inſtitutis, publica autoritate proviſum eſt pauperioribus, ut quibus nihil amplius ſupererat, iis erogaretur certa eleemoſyna juſculi ex herbis coriiſque aut pellibus, & vini: deinde verò omnibus exhauſtis & milite jamjam de rei eventu deſperante, placuit viros certos & ſpectatæ autoritatis ad fœderatos mitti, a quibus ſuppetias ſibi flagitarent ferri. Nam eorum qui prius miſſi fuerant, intercepti alii ab hoſtibus detinebantur, alii leviore fide rumores falſos retulerant, ac fortaſſe eo nomine fœderatis non admodum accepti videbantur, aut ad reſponſa de rebus iſtis referenda idonei. Quas ob res nominati ſunt ad hoc iter ſuſcipiendum Duces Florus, Petræus, Minæus & Cruciꝰ, & ſinguli ſingulis literis, mandatis, equis, & viatico inſtructi ſunt, ut quàm celerrimè ad Occitanos proficiſcerentur, aut alios fœderatos di-

verſis itineribus. Sub veſperam profectio inſtituitur: ſed equeſtribus hoſtium excubiis in adverſa ſtatione perceptis quà iter faciundum erat, oppidani referre pedem coacti ſunt. Poſtridie ad horam nonam veſperi cum certo rorariorum & catapultariorum comitatu, quamvis fortiter reſiſterent & inſectarentur obſeſſores, quatuor illi egreſſi mediis hoſtibus elapſi ſunt incolumes: laceſſiti enim a catapultariis metuebant, ut cum graviore aliqua jactura legatos iſtos proſequerentur, longius. Cecidit iſto impetu illorum præcubitor, & unus captivus in oppidum abductus eſt. Obſeſſores verò poſt duas horas animis confirmati, ad veterem labem portæ Serranæ junctam foſſa ad repentes in oppidum alacerrimè involarunt, & tam opportunè inopinantes excubias adorti ſunt, ut perparum abfuerit quin iis pulſis oppidū occuparent: ſed tamen ad improviſam armorum conclamationem, & vehementem populi concurſum depulſi ſunt. Simul autem ac illuxit mane, alii recognitis eorum qui penetraverant veſtigiis, equis celeribus Carterio duce eos inſecuti ſunt: alii acclamantes e caſtris obſidentium jactabant, captivos apud ſe teneri oppidanorum emiſſarios: cujus rei perſuaſionē Sacrocæſareani facillimè imbibiſſent præ metu (qui rebus quamvis ſecundis facilè diffidit, adverſas aut cogitatione fingit aut oblatas nimia credulitate & puſillo animo amplectit) niſi rem falſam eſſe ſuo ipſi indicio prodidiſſent: nam modò Franciſcum Claræum Miniſtrū verbi,

bi,modò alios qui adhuc in oppido hęrebant apud ſe in vinculis eſſe gloriabantur. Legati jam amplius viginti milliaria Gallica emenſi fuerant trajecto ad Dioum Ligeri,cùm Carterius a Gilberto quodā caupone, apud quē illi Dioi diverterant admonitus,pervenit Noclā, & inde recognitos(quia illi ſe jam ad profectionem compāraverant,neq; ſatis tutum videbatur cōparatos adoriri)in caſtellū uſq; Ternani perſecut⁹ eſt,ut cōmodius poſſet cōcluſos prehendere. Illi in caſtellū recepti lignariorū ſpecie, dum equos ſuos aquatū miſerant & cum redēptore fingebant de cæſura aliquot arborum velle cōtrahere, ſubitò nunci⁹ afferť equos detineri foris,& ignotos homines peti:hoc audito ad feneſtras advolāt,& equites quaſi 16.ſtantes ad portā caſtelli vidēt.Ita cōſternati primùm de ſui defenſione deliberāt: poſteà cū explorato caſtello animadverterūt ſe nudos eſſe a reb.omnib.quę ad propugnandum opus ſunt, & ab incolis ejus urgeri ut quàm citiſſimè inde diſcederēt in propinquam ſylvā,abjectis veſtib.ſuis induerūt ruſticas,abraſerunt barbas, armis poſitis tormentariorū tubulū quiſq; in femoralia indiderūt,adhibitóq; duce per alteram portā proripuerunt ſe. Vixdum exiverant, cùm audito populari aliquo ſtrepitu perterrefacti,quaſi hoſtis jamq; cervicibus ipſorū impendiſſet,itineris ducem amittunt, per ſylvam oberrant,& in diverſas partes abeūt ſinguli,quà convenientius eſſe judicabant.Hac ratione Petręus tandem & Minæus in Helvetiam pervenerunt;

Florus, qui aliud iter præferendum putaverat, incertis itineribus Divum revertitur, ubi cùm in diverſorio ab eodem naviculario & caupone hoſpite agnitus fugam pſeudothyro moliretur, navicularii clamoribus proditus, lapidibus a vulgo oppreſſus, & vinctus Molinnas abduct⁹: Crucius verò Noclæ ſimiliter in caupona deliteſcens, a Carterianis deprehenſus, & ad Caſtrenſem in pagum S. Saturni raptus eſt. Ex eo tempore, ut paulatim cadebant militum oppidanorúmque animi, multi clàm elabi ex oppido, multi ſtationem deſerere, alii transfugere: maximè cùm de adverſis iſtorum rebus confirmatus eſt nuncius literis ipſorum. Quod enim prius aliorum ſermone ad Sacrocęſareanos perferebatur, permultis incredibile eo nomine videbatur, quòd certiſſimè conſtaret illos incolumes vallum & caſtra hoſtium trajeciſſe: qua difficultate ſuperata, reliquum penè iter periculo vacare arbitrabātur: cúmq; nihil a ſuis qui emiſſi fuerant acciperent, omnia ex hoſtium fabrica aut aliorum commentis mendace officio hoſtibus gratificantium putabant proficiſci. Poſteà autem quàm de calamitate iſtorum facti ſunt certiores, omnes quibus manendi in animo erat, etiam ſaluberrima multorum non adverſantium & ipſis bene cupientium conſilia aſpernabantur: adeò exploratæ illius ſuperiore anno perfidiæ metus diffidentiam ipſorum mentibus ingeneraverat. Quod genus officii ſtudioſè quidem & amicè præſtitit quidam nobilis a S. Pe-

tro

tro dictus: ſed neque nunciis ab ipſo, neq; promiſſis, neque obſidum ſponſioni, quam ultrò faciebat ut conſilia cum aliquo viro bono cõmunicaret, habebatur fides. Poſtremò verò cùm illi pendentes animi oppidanas copias luſtrantes, quadringentos octodecim tantùm aptos bello ſuperſtites eſſe ex fame & gladio cognoviſſent, & vir quidam bonus (qui toto obſidionis tempore oppidanis fidelem operam navaverat) multa ex hoſtium ſermone audita ſæpius confirmaſſet: placuit experiri ſi qua ſpes pacis ab hoſtibus ſibi oſtenderetur. Hæc igitur communicatio primùm cum ducibus Verrerio & Fontano cœpta eſt, deinde cum Montignio, tandem verò cum Caſtrenſi inita, qui ſermone literíſque oppidanos ad deditionem in dies obnixè ſollicitaverat. Quoniam autem oppidanorum ſtudia magis magiſque ſylveſcentibus rerum difficultatibus rupta inter ſe diſſuebantur, nunciiſque allatis de cædibus aliorum in univerſa Gallia & de ſupplicio Crucii ducis & alterius militis ab Avaricenſibus ſumpto animi abſterrebãtur plurimùm ne ad pacem convenirent, incerti inter ſpem & metum Caſtrenſi obſcurè cogitationes ſuas indicabant: ita ſibi metuebant ab exacerbatione ejus. Sed ubi multoties ultrò citróq; itum eſt, & Caſtrenſis perhumanè multis ſtudium ſuum de ſalute Sacrocæſareanorum explicavit: adducti Rupellanorum, Montalbanorum, & Nemauſenſium fœderatorum exemplis, periculóq; ſuo graviter oppreſſi, legatos a Caſtren-

ſi duos obſidibus datis in oppidum receperunt, Piboneum & Verrerium. Illi in conventu exponunt voluntatem Regis & Dynaſtæ Caſtrenſis, exemplúmq; pacis cum Rupellanis & Montalbanis ictæ prælegunt: ſed nihil tum reſponſi ſuper capitibus ſummis retulerunt, tantùm Sacrocæſareanos a Domino Caſtrenſi petere, ut capita illa quæ in conventu exponi curaverat de ſcripto traderet. Nec mora: eodem die exemplum affertur. Poſtridie publico Sacrocæſareanorum conventu legitur: eorum rogatu numerus pecuniæ imperatus, legatis iterum ad eum miſſis, a Caſtrenſi minuitur: ita compoſitis & tranſactis rebus, poſt biduum capita pacis de quibus inter ipſos convenerat deſcripta obſignantur. quo-
» rum hæc fuit ſumma: Oppidanos omneis, indi-
» genas, inquilinos, & convenas omnino religio-
» ne, quam reformatam dicunt, uſuros, illámque
» exercituros ex ea lege quæ menſe Iulio a Rege
» in caſtello Bononienſi data eſt: Regem omni-
» bus condonaturum offenſam, & in neminem
» propter res durante obſidione geſtas quæſtio-
» nem habiturum, ſed a viris vitam, a mulieribus
» & puellis vitæ honoríſque ſui incolumitatē gra-
» tiæ Regis acceptam latum iri: Bona ſoli ſive im-
» mobilia ſua ſingulos recepturos, quòd ſi ulla au
» toritate Regis alienata, donata, publicatáve fue
» rint, ea redhibituros per revocationem Regis:
» Mobilium ſuorum liberandorum nomine, quę
» militibus futura fuiſſent prædæ, daturos Domi-
» no Caſtrenſi ante dies ſex donativum quadra-
gies

gies mille librarum francicarum in milites ero- «
gandum, hac lege unumquenque diſpoſiturum «
de bonis ſuis arbitratu ſuo: Ad horum confirma «
tionem & certitudinem effecturum Caſtrēſem «
ut Rex ſingula hæc capita probet, & oppidanis «
de rato caveat: eam ratihabitionem a Rege obſi «
gnatam ante IX. Calend. Septembr. Sacrocæ- «
ſareanis traditurum: oppidanos cautione de ra- «
to accepta Caſtrenſi illicò dedituros oppidum, «
ut ſtationarios in eo collocet pro arbitrio ſuo: «
omneis intereà temporis uſque in diem dictam «
inter ſe ab injuriis militaribus ceſſaturos, & in «
ſuis finibus utrinque conſtituros: horum nomi- «
ne oppidanos poſtridie duodecim obſides
quos Caſtrenſis elegerit ad ipſum in caſtra miſ-
ſuros, donec confecta fuerint hęc conventionis
capita: præcipuos aliquot viros ex contrahenti-
bus huic tranſactioni proprià manu ſubſcriptu-
ros, ut melius utriſque de tranſactionis ſtabili-
tate caveatur. Ex caſtris ante Sacrocæſareum
XIIII. Calend. Septemb. His poſtero mane
publico cōventu lectis, duodecim obſides quos
nominatim optaverat Caſtrenſis ſive ultrò ſive
minis a Ioannæo denunciatis adducti ad Ca-
ſtrenſem in S. Saturni pagum deſcenderunt: po
ſteà peditat⁹ caſtrorum in campo S. Lazari per-
luſtratus eſt, cœpta inter obſeſſores & obſeſſos
converſatio, convivia in caſtris familiariter agi-
tata, & liber quorundam commeatus à Caſtren
ſi impetratus: in quibus Ioannem Lerium Mini-
ſtrum verbi, qui rogatus deſcriptionem Sacro-

cæſareanæ famis ei exhibuerat, fide publica diſcedere voluit, & diſcedenti Fontanum ducem adjunxit donec ad locum quem Lerius ipſe elegerat, incolumem perduxiſſet. Dedito autem oppido ex tranſactionis legibus, ad v. Calend. Septemb. primùm curatum eſt, ut qui intus ſupererant duces de loco cederent, tranſeũtes per media caſtra ſigna Caſtrenſi traderent, & jurisjurandi religione ſeſe obſtringerent ipſos nunquam deinceps armis oppugnaturos Regem: ita cum certo comitatu ad quartum uſque milliare a Sacrocæſareo abducti ſunt, ut ſe inde quocunque liberet reciperent. Deinde verò pridie Calend. Septemb. uxor Caſtrenſis per Anſerinam portam ſtipata ſuis hominibus cum præcedente ſacrificulorum crucem preferentium corona, Dominus Sarriæus metator cum duobus ſignis peditum militariter ad ſonum tympani ſubſequentium, & poſtremò Caſtrẽſis ipſe cum ſua cohorte variiſque equitibus ex agro Biturigum evocatis, ad clangorem tubæ Sacrocæſareum ingreſſi ſunt tribus agminibus, applaudentibus tormentis, excipientibus ſacrificis, & hymnum *Te Deum laudamus* altà voce accinentibus. Ex eo tempore etſi in ſpeciem de ſententia & autoritate Regis vix quicquam Sacrocæſarei geri videbatur, tamen ſtatim ab ingreſſu Caſtrenſis, eóque adhuc cum copiis ſuis in oppido verſante, ſubruendi evertendique funditus oppidi non obſcura principia ducta ſunt. Arces enim dejicere cœptum eſt, portas ſuccendere, foſ-

ſas

ſas ante oppidum ſummo labore ductas obcęcare, in planum muros effundere, domos deturbare, horologium, tintinnabula urbanáque ſigna omnia adimere, nihil deniq; omittere quod ad ruiná oppidi faceret: adeò liberè data fides contemnebatur, & perfidia impune vagabatur. Sed ne in perſonas quidem eſt major fides veritáſq; præſtita: Nam pridie Iduum Septemb. Ioānæus veſpere a lictoribus accerſitus (vt ajebant) ad Caſtrenſem, centeſimo paſſu a ſuis ædibus crebris pugionum ictibus trucidatur, poſtquàm a carnificibus ſpatium preces coram Deo fundendi exoraſſet, & in puteum propinquum conjicitur: Vxori verò a Caſtrenſi virum poſtridie repetenti, & omnia ſua in redempturam illius offerenti, reſpondetur effugiſſe, melius illi futurum fuiſſe ſi apparitoribus eos ſequendo credidiſſet, plurimùm enim metui ne ad inimicas alicujus man? devenerit, dum vitæ ſuæ putabat conſulere. Alii quoque ſimiliter indignè privatis graſſationib. & latrociniis excepti ſunt, & miſerabiliter agitati. At egreſſo Caſtrenſi longè durius cum Sacrocęſarcąnis actum eſt. Petrus Burgadius Miniſter verbi & uxor cum Germanica puella quaſi ſex annos nata quam in loco filię habuerāt, duce milite qui Helvetius dicebatur exeuntes ad quingenteſimum fermè paſſum a Sacrocæſareo datis loculis, ab eodem milite plumbatis transfixi, deinde amplius pugione confoſſi in rivulum pagi Menetreoli conjecti ſunt: quod accurrens puella & flens in oppido nunciauit. Præfectus Bi-

turigum, cui Caſtrenſis abiens imperium in Sacrocæſareanos dederat, paganos omneis finitimos convenire juſſit ad ſuffodiendas muri reliquias, cum Durboſio & copiis quamplurimas ædes compilarunt, moventia bona quamvis magno redempta diſtraxerunt, res pretioſas nummo addixerunt, ſi quæ ſibi gratæ fuerunt, Caunium & aliò pro libidine animi ſui deportarũt, reliquiarum ibi commorantiũ vitam quaſi deintegro in dies ipſorum prædæ expoſitam, ſæpius & ſubinde præſente pecunia ab ipſis redimi curaverunt, bona reliqua indictionib. graviſſimis & penſitationibus exhauſerunt, in quibus Ioannæi vidua perinhumanè ad mille trecentas libras ſemel pendere, multi pro tributis bona prædia ſua facultatéſque univerſas oppignerare, multi ad fugam exiliúmque miſerrimum, ut ſi animam ipſam ſtationariis ſuis debuiſſent, impulſi ſunt, omnes denique exercitatione ſuæ religionis, propter quam adeò fortiter dimicaverant & tantas calamitates ſubierant, contra quàm pactum conventum fuerat, deſtituti.

FINIS.

W

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE